



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Theophilus Conf. 4. Febru.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

O Semper infidiosa demissis animi
 ambitio! THEOPHILUS ille
 qui insulam ultrò oblatam ultrò reje-
 rat, mox officio œconomi ab æmulis
 dejici usque adeò indignatus est, ut ex-
 ire in auxilium orcum non vereretur. Es-
 go ad magum, cum hoc ad juratum hu-
 mani generis hostem curritur: Deum
 Deiq̃ue Matrem ejurare non titubat lin-
 gua impudens, non erubescit scripsit
 firmare calamus impius, sustinet obli-
 gnare foedus infandum gemma perfida
 verbo, JESU ac MARIÆ nuper li-
 bertus, dæmonis abit mancipium. Sed se-
 quitur & nocentem conscientia flagellat
 quin honori jam suo restitutum acriter
 etiam torquet. Quid faceret? quò fuger-
 et impius transfuga? ad magnæ matris
 ubera, per quæ Filium sauciaret? ad
 vulnera Filii, per quæ Matrem impet-
 tierat? & tamen ad Matrem ausus est
 confugere; memor semper Matrem facili-
 us flecti, quàm judicem. Itaque ad
 Marianæ adis limina quadraginta ipsos
 dies noctesq̃ue perstare, sed longè ma-
 gis ipsam cæli portam Virginem ambire
 hanc lacrymis mollire, hanc gemitibus
 pulsare, hanc jejuniis denique frangere.
 Cedit itaque vim facienti facilis aliàs
 janua. Admittitur per Matrem ad Filii
 gra-

4. Feb. VITÆ SANCTORUM. 85

gratiam THEOPHILUS, extortof-
que infames hosti codicillos aufert. Hos
ubi palam igni dedit, post triduanam fe-
briculam per notam sibi, & jam apertam
portam cælum ingreditur. Agnoscite fe-
licitatem vestram in THEOPHILO
Mariophili. Sit omnibus aliis angusta
cæli porta, certè vos laxam amplamque
habetis. *Ex Surio.*

*Maria peccatorem à desperationis bara-
thro piâ manu retrahit, spei medicamentum
aspirat, sovet, non despicit, quousque hor-
rendo Iudici miserum reconciliet. Famo-
sum huius benignitatis testimonium est
Theophilus per Mariam restauratus gratia.
S. Bern. in deprec. ad Mariam.*

S. CHRISTIANUS CONF. 4. Febr.

Nulli minùs sapiunt, quàm qui maxi-
mè, cum intereâ Superi iis ferè
colludant, qui sanctam simplicitatem
præ se ferunt. Ad testem CHRISTIA-
NUM provoco. Is cum adolescens no-
ctu non sat modestè tectus ædes peram-
bularet, insultantem nudo tergo sub mu-
lieris larvâ orcum tulit, enusque impro-
bum totam noctem circumtulit. Sacris
initiatus Comitum natum sub exuviis urfi
terrorum sibi injicientem cultro tantum
jugulavit, mox errore intellecto per-
sanavit. Ad ejus preces cum defunctus
è feretro resurgeret, inter fugientiam